Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26479
Copyright: Admont, Benediktinerstift



omni mansuetudinis et humilitatis custodia trien
nium duxit. Post hec sepe dux iam dictus per
epistolam suam uirum dei rogauit. ut ad constantiam oppi
dum perueniret ad eligendum qui eidem sedi praeficeretur
antistite. Aduocauit autem augustudunensem et ueridu
nensem episcopos cum multitudine clericorum. nemi done
et iam que a modernis spira uocatur uenire fecit
episcopum. nec non per nuncios et epistolas suas totius alaman
nie presbiteros. diaconos uniuersosque clericorum copias. ge
neraliter die denominata. idem prima pasche domi
nica apud constantiam conuenire precepit. ipse
quoque cum principibus et comitibus suis. huic intra
erat conuentui. Cumque hec sinodus tante multi
tudinis celebraretur accessu. et trium spacio denun
tiaretur futura dierum. beatissimus Gallus diuino
plenus consilio. assumptis iohanne et magnoaldo dia
conatus officio sublimatis. perrexit ad oppidum. In
gressoque eo locum concilii. dux huiusmodi uerba pro
fudit. Dominus omnipotens cuius prouidentia totum corpus aug